



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

10. De SS. Innocentibus tripart. Hi empti sunt de terra primitiæ Deo & agno. Apoc. 14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

& scellum tamquam post mortem æterna beatitudine donari celebrat Ecclesia. Unde nec venturum cum Enoch & Elia in fine sæculi, asserimus in Horro Pastorum; tom. 1. tract. 3. lect. 29. in fine, ubi etiam respondimus ad argumentum eorum qui hoc asserunt, & necdum mortuum dixerunt. Il- luc Lectorem remittimus.

Merito
virgini-
tatis illa-
sus in oleo
ferventi.
Dan. 3.

Lib. 2.

Quod autem illæsus & illibatus exivit ex ago- ne martyrij, si ve ex doleo ferventi olei, hoc luben- ter merito virginittatis ejus adscribimus. Sic quod Daniel & pueri in fornace Babylonis ab igne lædi non potuerint, castitati adscribit S. Hieronymus in lib. cont. Jovinianum, Epiphanius quoque & Do- rotheus in vita Danielis. Sic quoque & Amb. lib. de Virginibus virginittati S. Thecla: attribuit, quod leones eam attingere ausi non fuerint. de qua re sic eleganter loquitur: *Cernere erat lingentem pedes be- stiam cubitare homini, muto restificantem sono quod sacrum violare corpus virginis non possit. Adorabat ergo prædam suam bestia, & propria obliu nature, naturam induerat quam homines amiserant. Vide- res quædam naturæ transfusione homines feritatem indulos, sciviam imperare bestia, bestiam exosculan- tem pedes virginis, docere quid homines facere debe- rent. Tantum habet virginittas admirationis, ut eam etiam leones videntur. Docuerunt religionem, dum adorant Martyrem, docuerunt etiam castitatem dum virginis nihil aliud nisi plantas exosculantur demer- sis in terram oculis, tamquam reverendantibus, ne- mas aliquis vel bestia virginem nudam videret. Hæc S. Arabi. Cui conformiter loquitur S. Gregor. Nazianz. in præc. ad virt. loquens de eadem S. Thecla non solum à leonibus, sed etiam ab igne illæsa. Sic enim canit:*

*Quis Theclam necu eripuit flammaque periclo
Quis validos unguis unxit, rabiemque ferarum?
Virginittas. O res omnimirabilis ævi!*

Idem ergo dicimus de S. Joanne illeso ab igne & oleo bullente; ignem nimirum tantæ integritati & castitati non potuissent nocere divina protegente gratia. O castitas & virginittas honore digna, quam & inanimis honorant creaturæ: Unde & hic dicere possumus, quod S. Hilarius de igne & pueris baby- lonijs: *Quantum lætitia in præsentis obviat merita religionis, & privilegia sanctitatis & castitatis? Ecce horrendum noscitur quid anhelantur globi, & per qua- draginta cubitos extrinsecus ebullientes, arviunt, & intus parent. Extra fornacem saltem ignis irascitur & intus in fornace amulatur. Torquet potius ignis ebulliens Joannis tortores, & parit ejus fan- ditati & carni, eumque reddit pulchriorem & ve- getiorem.*

Ex his omnibus elucescit, cur S. Joannes in sym- bolum specialis dilectionis, à Patre æterno, & à Je- su Christo tunica polymita, instar Joseph, adorna- tus depingatur. Fuit enim puritate Virgo & Ange- lus: fuit dignitate Apostolus: fuit sapientia Evan- gelista, Prophetæ, Theologus; fuit ordine Sacer- dos & Hierarchy, si ve Sacerdotum Princeps; fuit

dilectione specialis Discipulus & cordis filius: fuit secretorum omnium divinarum factus à Jesu con- scius, & Matris custos constitutus, fuit denique charitatis ardore amator Christi & animarum in Christo dilector eximus: fuit patientia admirabilis Martyr, Coniors & Testis passionum Christi præclarus.

Concludamus igitur, & ad eum vocem & vo. Conclu- ra cordis converentes dicamus: *O beatiss. flo- me Joannes, quandoquidem nunc de pectore Do- mini, & de fonte vitæ ad satietatem bibis, impetra nobis tuis meritis & intercessione vel stillam de il- lo suavitatis fonte, ut veram gustemus vitam in suis stillis: dijs stillantibus super terram, super cordis nostri aridam. Impetra nobis veram sapientiam & fidem, quam tamquam Apostolus, Evangelista & Prophetæ Evangeliceus, jugiter docuisti & confir- masti, ut sciamus, & cognoscamus, & efficiamus, secundum monita tua, que oportet fieri cito. Impetra nobis puritatem & castitatem, qui modo ambu- las in albis, & sequeris Agnum quocumque ierit, cum choris Virginum, Primicerius & Choragus. Impetra nobis ardorem Dei & proximi charita- tem, quam non solum lingua sed opere & veritate exhibuisti usque ad ultimum spiritum vite: fac ut hujus tuæ charitatis imitatores simus, non in tene- bris, sed in luce, ambulantes, in dilectionis lumine clari. Denique, impetra patientiam & constan- tiam in tribulationibus hujus sæculi, ut tandem tecum victores, Deo & Regi nostro fideles, accipiamus Vestem candidam, Nomen novum, Calculum candidum, Lignum vite, Mannam abconditam, Ste- llam matutinam denique Coronam vite, que in li- bro illo Revelationum tuarum asseruisti præparata esse his qui vicerint, & fideles fuerint usque ad mortem, ut tunc sedent in throno cum filio Dei, & glorificent Patrem in sæcula sæculorum.*

DE SS. INNOCENTIBUS.

Lect. 4.
triparti-
ta.

*Hi empi sunt de terra primitiæ Deo & Agno.
Apoc. 14.*

Quam verum sit illud Sapientis: *Non est sapien- Pars I.
tia, non est prudentia, non est consilium contra Deo pro-
Dominum, varijs potest facere Scripturæ exemplis hanc
demonstrari.* *Christi in*

1. Cur Esau primogenitus, Patri suo gratus spe- *Ægyptum*
cialiter vocatus à Patre jam præ senio deficiente, ut à Deo de- *creta.*
benedictionem primogeniture acciperet, illam ta-
men non accepit? Quid est quod frater ejus Jacob
eam præripit, ad vehementem stuporem usque ad-
mirante Patre, quod circa se & filium quem illico
benedixerat, gestum fuerat? *Quia non est sapientia, Prov. 21.
non est prudentia, non est consilium contra Domi-
num.*

2. Cur idem Esau nocere non potest fratri suo,
licet rugiens, licet fremens præ invidia & furore,
ac di-

ac dicens: *Veniens dies Iustus parvis mei. Et occidem fratrem meum?* Nonne feliciter ad tempus subdatus est, per regenerationem iniens ad avunculum suum Laban? Nonne matrimonio fecundus, & benedictionibus plenus ad domum patris sui reverfus est, & effugit iram piloti fratris sui? Cur ita? Quia non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

Gen. 37. Cur Iosephum fratrem suum vendunt filii Jacob Imaelitis? Cur varia eum affecere contumelias, nudantes tunica polymita, in cisternam projicientes, variisque excogitantes super eum consilia ut fratrem perderent? Nonne hec omnia ab eis gesta sunt, ut invidiam exstiterent, & somnia quibus se ab eis adorandum agnovissent? inania redderent? Sed quem *ideo considerant ne adorarent, adoraverunt quia considerant ne adorarent.* Quid ita? Quia non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

Exodi 1. & 2. Cur Pharaon jubet submergi omnes maculos Hebraeorum? Numquid ne gens illa multitudine & fortitudine in Aegypto praevaleret, & rerum tandem potiturus? At onas evadit Moyses gentis suae Dux futurus, & in Regia Pharaonis ab ejus filia educatur, e manu Pharaonis populum liberaturus, ipsumque cum toto suo exercitu in aquis profligaturus. Quid ita? Quia non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

Cur Saul Davidi, Aman Madochaeo tot infidias fruentis, tot sanguinolenta consilia committens, nihil proficit, sed consilium omne & molitio iniqua in caput auctorum revertitur? Quia non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

6. Denique, ut ad propositum nostrum accedamus; Cur fuerit Herodes iustus a Magis? Cur necem molitur Pueri & Regi recentis nato? Cur fingit se velle adorare eum, cupitque sibi renunciari? Cur tot millium infantium caedem impientissimè exequitur? Cur sibi persuadet, quod quæsitus Puer ejus manus particidales nulla queat effugere via? An non haec omnia frustra adhibere consilia & molimina? Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

An non hic cænis quam verum etiam sit illud Pfaltis Princeps erudientis, & à pravis consiliis, deterritis: Dominus reprobat cogitationes populorum, & consilia Principum, consilium autem Domini in aeternum manserit? Puer qui natus est, non invenitur in numero parvulorum morientium, quia ipse est expectatio gentium: Sanguis ejus non funditur cum sanguine aliorum puerorum: quia solus fundendus est in remissionem peccatorum. Et omnes illi pueri inanimiter morerentur, nisi huius sanguine salvarentur. Equidem morietur, aliqui non nascerentur, sed cum facit mors benignitas propria non malignitas aliena. Morietur, non ut Herodes infelix regnet, in hoc saeculo, sed ut fideles faciat seculum regnare in caelo. Ita loquitur S. Fulgent.

Tomus II.

Frustra ego Draco & Serpens antiquus & rufus (per quem rectè Herodem hunc sanguinolentum, & in eo demonem perturbatum ob Christi ortum & in ejus caedem anhelantem rectè designaveris) Apoc. 12. fiat juxta mulierem partientem masculum illum electum, qui caelestibus auspiciis exoritur hinc mundo reclusus gentes. Frustra eum devorare nititur, quem puerpera stelligera enititur, quia si opus sit, habundat ei alio, quibus in locum sibi à Deo paratum avolet, ut effugiat draconis illius rabiem. Et licet furoris flumen ad eam cum prole absorbendam emittat, adjuvabit terra, & absorbetis flumen, ita ut nocere non valeat nec proli nec matri. Quia consilium Domini manet in aeternum, non poterit illud irritum reddere omni suo conatu, omni sua rabie, draco magnus & rufus. Sed videamus quomodo haec in rebusat consilium Domini ab aeternitate decretum, quod nulla vis elidere, nulla potuit auita serpentis eludere.

Primò, decreta erat in sacrae Triadis consilio Christi pueri in Aegyptum profectio, erat & sacris praenunciata prophetis. Unde in ejus ex Aegypto regressu diei Evangelista, adimpletum fuisse illud Domini apud Oleam: Ex Aegypto vocavi filium meum. Haec verba sensu literali de populo Israelitico intelliguntur, quem filium suum primogenitum appellat Deus, ideoque eum ex Aegypto vocat, & educat per Moysen in terram promissam. Tamen sublimiori sensu (qui & literalis dici potest, quia latens sub cortice literæ intentus est à Spiritu sancto, ut Matthæus indicat) explananda sunt de filio Dei naturali, qui figuratus fuit per populum Israeliticum. Hec est enim sacrae Scripturae profunditas, ut plures sensus complectatur, quos Spiritus sanctus intendit etiam principaliter. Sic quod dicitur: *Os non confringetis ex eo,* absque dubio dicitur de Agno Patchali, attamen sensu altiori etiam de Christo intelligendum esse manifestat S. Ioannes, idque ex intentione Spiritus sancti primaria.

Similiter antiqui Patres de hac Christi in Aegyptum secessione interpretantur illud: *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingreditur Aegyptum.* Nubes enim illa levis, corpus est conceptum de Spiritu sancto ex sacra Virgine; quia sicut nubes generatur ex vapore terræ, & solis radios temperat: ita corpus Christi à Spiritu sancto generatur, & sicut velut corpus eximius, quo Christus puer vectus est in Aegyptum fugiens Herodis furorem. Vel certe nubes levis Virgo sacra intelligi potest, ejus ulnis tamquam curru cherubico Christus in Aegyptum delatus est. Ipsa autem Nubes levis rectè dicitur, quæ ab omni peccatorum & concupiscentiæ onere libera, res omnes terrenas supereminet, & pluviam erat patiens salubrem.

Sed quæres, cur potius in Aegyptum, quam in aliam terram Christus puer declinaverit à furore Herodis? Respondet subtiliter S. Leo, ser. 3. de Epiph. decessisse

Profectio Christi à Deo decreta, & per Prophetas praedicta. Ose. 12. Exodi. 4.

Exod. 12. Iohn. 19.

Per SS. Patres intellectum Isai. 9.

Cur potius in Aegyptum quam alio fugerit. R. 2.

decessit ut Christus Agnus verus illic diverteret: ubi paschalis Agnus olim immolatus præcellerat, Ne sine illa regione pararetur singularis hostia Sacramentum, in qua primum occasione Agni saluiferum Crucis signum, & Pascha Domini fuerat efformatum. Respondet secundo idem S. Leo ibidem, idè se Christum Ægypto intulisse, ut repetens Hebræa Genes: cunabula, & principatum veri Ioseph, majoris providentia potestate disponens, illam arriorem omni inedia famem, qua Ægyptiorum mentes veritatis inopia laborabant, veniens de celo panis vitæ auferret. Etenim licet tunc perfectè Christum tanquam Panem vitæ non agnovissent, tamen gustum aliquem sanctificationis ex præsentia Christi Ægyptus percipit; ut cum ab Apostolis illum prædicari postmodò audierit, hoc privilegii honore decoretur, quòd Dominum prima susceperit. Tunc enim fidei Christianæ pane & delicias pretiosas uberimè epulabitur, prout factum fuit tempore S. Marci, cum Ecclesia Alexandria omnibus spiritalibus donis & delicias sanctitatis abundavit. Ac postmodum tota Ægyptus innumeris choris Religiosorum & Virginum, quasi Angelorum, in Paradisum quandam conversa est, ut S. Chrysostomus ho. 8. in Matt. testatur.

Uterius refert Sozom. l. 5. hist. & alii, quando Ioseph & Maria Christum in Ægyptum deferentes Hermopolim (Coppidum est Thebaidis) appropinquabant, ibidem arborem maximam sese inlextisse, & Christum adorasse (cum tamen antea in ea demonem venerarent Ægypti:) atque exinde arborem istam in fructu foliis, cortice cum ægis admoveverunt, vim medendi manifestasse. Ostenditur & fons in Ægypto, in quo traditur B. Virgo puerum Iesum, sive lintea ejus, credidisse, & exinde, locum quem aqua illius fontis perflebat balsami fuisse feracem, asserunt.

Itaque divino firmatum erat consilio, ut Christus Ægyptum viseret, ut ibidem idola confringeret, lucis initium quoddam inferret, locum pedibus infantibus sacraret, in quem postea pedes Apostolorum adventarent, idololatram extinguerit, lucem & pacem Ægypti tenebris dissipatis nuntiaturi, pluviam uberem & rorem Christianæ gratiæ & doctrinæ infusus per nomen Christi. Huic ergo consilio serviebat persecutio Herodis etiam nescientis: quia novit Dominus de petra dura oleum, de beneficio beneficium elicere, de malo bonum educere, de ore ferri leonis favum mellis.

Arbor venerata Christum.

Secundo, decretum erat æterno sanctissimæ Triadis consilio, Christum filium Dei immolandum esse tamquam agnum, in redemptionem omnium; unde dicitur Agnus occisus ab origine mundi, in divino scilicet decreto & prævisione. Hoc autè fieri debebat destinato tempore; non quando ejus inimicis placitum hoc erat, sed quando venit hora ejus. Nullus hominum, nec Herodes, nullus periclitatorum nec demones, poterant hanc horam mutare; erat cursus Leonis furentis. Poterat illum vel cohibere, vel suo tempore permittere, & mortem spontaneè subire. Interim in tenera ætate Christi sanguis fundendus non erat. De qua re Prophetiam putat præcessisse S. Augustinus q. 90. in Exod. dum dicitur: Non coques hædum in lacte matris, ubi 70. Interpretes legunt, Agnum non coques; & par est ratio de hædo & agno. Dicit ergo S. Aug. hæc verba explicans. intellectum de Christo approbo quod hæc prophetia prædictus est non occidendus à nativitate infans, quando Herodes querens eum ut occideret, non invenit. Eodem modo interpretatur S. Chryost. hom. de Innocentibus, & S. Thomas, ac alii Litteraliter ergo sensus est: non coques hædum, sive agnum, in lacte matris, hoc est, eo tempore quo adhuc fugit lac matris non occides eum, nec coques, sed habebis commiserationem ad eò tenere ætatis. Sic interpretantur Vatablus, Oleaster, & alii Commentatores. Allegorica autem & præcipua hujus legis causa fuit, ut significaretur Christus infans & lactens non occidendus ab Herode & Iudeis ante ætatem maturam & tempus à Patre definitum, ut jam ex S. Augustino & Chrysostomo deduximus.

Interim quia hic Agnus immolandus tantum erat

PAR II. De agni immolatione ad agnum venientem. Apoc. 30.

Exod. 24.

Quid sit coquare hædum in lacte matris.

22. q. 102. n. 6. ad 4.

In ingres- su Christi in Ægyptu facta miracula isa. 19.

1. Reg. 5.

hom. de S. Blandina de Martyribus Gallie sic olim loquebatur: Legimus in Bethleem ab Herode millia felicium extincta esse pueros, ducite Propheta: Rachel plorat filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Hac autem beata parens Galilia, etsi ad momentum orbati visa est, non plorat filios suos, quia dum videret, acquiritur. O Bethleem, in Martyrum titulis tu forte precatus numero, ego merito, in tuis interfectis fuit, confessa non fuit. Tu in sanguine parvulorum potuisti videre pereuntes, non potuisti spectare triumphantes. Te coronasti innocentiis mortem, in me gloria triumphantium. Equidem dum infantes occisi sunt, necdum fuit eis regnum apertum, necdum gloria data, nec triumphus decretus, quia expectabatur Christi gloria triumphantis, quae praecedere debebat: habebant tamen jus certum ad gloriam, triumphum, regnum, ex vi mortis & martyrij pro Christo suscepti. Ideo ad illum diem cum laetitia & gaudio recolendum adhortantur SS. Patres inter quos Aug. disertè dicit: Cum summa exultatione gaudeat terra caelestium militum, & tantarum parvum fecunda virtutum. Ecce profanus hostis nunquam beatis parvulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio. Nam sicut sacratissimum praesentis diei festum manifestat quantum contra Beatos parvulos iniquitas abundavit, tantum eis gratia benedictionis refudit. Rursus de illis sic loquitur. Nativitatem illorum colimus, quos beatus aeterna vite mundus edidit, quam mundo maternorum viscerum parvus effudit. Siquidem ante aeterna vita acceperunt dignitatem, quam usuram praesentis. In incipienti vita primordis ipse eis occasus vitium gloria dedit, qui praesentis terminum impulsit. Haec S. Augustinus sermone 10. de Sanctis.

Similem in modum loquitur S. Petrus Chryso- logus ser. 152. Quare enim ibi, cur Christus natus Rex caelestis futurorum praescius deseruit eos quos sciebat occidendos: Quare neglexit milites innocentia suae? Coetaneum sibi quare contempit exercitum? Quare cunabulis suis deputatus excubias sic reliquit, ut Regem solum quaesitum hostis totum grassaretur in militem? Respondet hae quaestioni ibi aut quoniam in hac verba: Fratres, Christus non desepit suos milites, sed provexit, quibus dedit ante triumphare quam vivere, quos fecit capere sine contentione victricem, quos donavit coronis antequam membris, ante oculum possidere quam terram. Praemisit ergo Christus suos milites, non amiserit. Recipit suus actus non reliquit. Beati quoque martyrio natos vidimus esse, non faculo. Beati qui labores in regem, in refrigerium dolores, in merces in gaudium commutarunt. Vivunt, vivunt, qui vere vivunt, qui pro Christo morerentur occidi. Haec ille. Qui postmodum ad matres horum infantium se convertit, considerans illas flentes super filios suos, dicitque earum lacrymas beatas fuisse, ventres & ubera. Sic enim prosequitur: Beati ventres qui portaverunt tales, beati ubera quae se talibus insuaverunt,

beata lacryma quae pro talibus fusa flentibus gratiam baptismatis contulerunt. Nam diverso modo, dono uno, in lacrymis suis matris & filij suo sanguine baptizantur. In martyrio filiorum passa sunt matres; nam gladius filiorum pertransiens membra ad matrum corda pervenit, & necesse est ut sine parvulis conserit, quae fuerunt socii passionis hanc ipse.

Sed nolite nimium flere, o Matres, quia quos lugetis & vocatis Benoni, filios doloris, Pater Aeternus vocat filios dexterae & gaudij, vocat Beniaminos. Noli flere, o Rachel! O Bethleem, noli flere filios tuos, quia non sunt, sive quia occisi & mortui sunt; Immo fleas, o Rachel filios tuos qui occisi non sunt, qui digni non sunt haberi, ut pro Domino morerentur. Consolare & noli flere, quiescat vox tua a ploratu, & oculi tui a lacrymis, quia est merces operis tuo, ait Dominus, sive et verit S. Hieronymus, est merces filij tui. Tu habebis mercedem operis tui, sive patientiae, in Matribus: Filij tui habitum sunt mercedem sanguinis, palmam martyrij Noli flere, quia reverentur de terra inimici, & spes non vici- ma tua, & reverentur filij ad terminos suos, ait Dominus. Filij tui pro terra Herodis inimici possidebunt regnum caeli; reversuri sunt ad Patriam caelestem, tanquam ad terminos suos; pro corpore vili recepturi sunt corpus gloriosum. Haec est spes novissima, quae justos parientes & martyres alii, quod in fine saeculi affluenter vitam gloriosam in corpore glorioso, quando & infantes resurgent in vitam perfectam, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Noli ergo flere, o Matres, quasi infelices, sed finite parvulos ad me venire, saltem enim est regnum caelorum, ait Christus. Imò non solum finite, sed & ad hoc adjuvate eos, animate & adducite, ut fatis & beatitudinis eorum participes.

1. Sic fecit illa mater, de qua Prudentius, cujus cum puer necdum septennis Christo constanter confitetur coram Asclepiade Praefecto, ille coram matre suspensum jubet acerrimè virgis dilacerari. Stat mater imperterrito vultu amore Christi. Parvulus se fitire clamat, materem increpat, & dicit: Si fuis, o fili, habes aquam viva, quam siccis petes de Christo fonte perenni tibi proximo; Calix infantium Bethleemitarum tibi exhaurendus est. Memineris obedientia Isaac parvuli liberè se sacrificantis Memineris & pueros Machabaeorum ad mortem invigilantem se offerentium. Sic effecit, ut dolores & vulnera rideret. Demissum ergo ex alto Mater amplexatur, & osculo valedicit carnificum tradit. At dum ille cervicem amputat illa plalere docta cenebat: Preterea in conspectu Domini mors Sacerdotum ejus. Tuis illo servus filius ancilla tua. Talia cantens explicabat pallium & sinum sub ictu sanguine, ut pretiosam hanc undam cruoris charo applicaret peccatori, & gremio exciperet. O matrem fortissem Rachel, fortissem matrem Bethleemiticis filios deplorantibus!

2. Sic & matrem Machabaeorum ad filium tenellum loquentem introducit Ambrosius: Tu solus superas.

Cui innocenti. Christus non succurreti.

Jerem. 31.

ibidem.

Ephes. 4.

Matt. 19.

Exempla marium suorum Christi offerentium.

Prud. lib. de Coron.

Psal. 115.

superes filii, summa colorum meorum. Misere mei
qua te in utero tot mensium curriculo portavi. Aspice
in caelum ad Patrem amicum Aspice ad matrem, qua
tibi lac dedisti: Redde mercedem pro sanguine.

3. Sic & mater Symphoriani pueri, in tormentis
dum foret titubantem advertit, his eum solidat
verbis: Nate, nate, memento aeterna vita, Caelum sus-
spice, & tibi regnanti in intueri: Tibi enim vita non er-
ripitur, sed in melius mutatur.

4. Sic S. Sophia, cum tres filiae capitis essent
damnatae inelamabat: O me beatam, qua tribus filia-
bus SS. Trinitatem honorare merui! O summum Dei
in me beneficium eas hodie martyri gloria coronatas
in suum regnum transferentis! Perge filia, Angelos vi-
deo cum laetitia consummationem expectantes. Perge
ad caelestem thalamum Christi, quo sorores jam per-
frunantur. his verbis postremam filiam tanquam
victimam laeta offerbat Deo.

5. Sic mater Melitonis, adolescentuli inter 40.
Martyres, in numeros assumens filium, bacillis
contractum, sed relictum si forte tandem vacillaret,
deserebat ad rogam Martyribus preparatum, &
haec ei in itinere insonabat. O me beatam filii, si pro
Christo mortem perseveranter obens! O felicem uter-
um mem, qui te gestarui, felicia verba qua te lacta-
vi! Esto amicum in fractus, hanc si lucem perdis, mox
aeterna frueris. Adhuc modicum te pati oportet, ut Ma-
trem laetifices, & Angelum tu elarem, qui coronam in
suo gelido obtulit. Aqua & ignis tibi sunt ad refri-
gerium aeternum, & Angelorum consortium. Aqua
frigus passus es, ego te ad ignem & rogam defero, ut
quem Deus mihi commodavit, repraesentem ei cum
gaudio. Lagaunt matres de filiorum salute incerta; ego
secura te patri caeli & aeternitati, ut tibi me expectet.
Haec ipsa. O matres, plusquam matres, qua sic fi-
lios Christo laetare victimas commissa sunt! O ma-
tres Bethleemiticis fortiores. postquam Christus
Agnus in cruce fuit immolatus in praesentia Matris,
ipsa quoque cooperante interiori voluntatis heroico
actu!

Conclusio. Sed concludo, & pro more ad Iesum vota con-
ferto. O Domine Iesu, insignis benignissime & po-
tentissime, agnosce benignitatem tuam, agnosce
scimus & potentiam in cunis, dum non solum de
caelo Angelos, de Iudaea Pastores, de plaga Orientis
Magos, sed & ipsos trahis infans infantes de cunabulis,
& matrum brachiis. Equidem trahis eos, ut tibi
conlectes, & vindices in victimas, eosque martyres
primos, tuque infantiae flores selectissimos efficias,
dum moriuntur pro te, dum confitentur tacentes,
pugnant neccientes, vincunt inscij, rapiunt cor-
onas & palmas ignari. Trahe nos quoque, o beni-
gnissime infans, ut in fide, spe, charitate tibi inepa-
rabiliiter adhaereamus, ut in funiculis amoris indis-
solubilibus, vinculis Adam, colligemur, ut infantium
innocentiam & gratiam sedula selemur, tandem-
que cum illis aeternam per te coronam adipiscamur,
& misericordias tuas decantemus, Amen.

Verus Roma extantes in templo S. Stephani ro-
tundo de SS. Innocentibus.

Sincera animula, candidi puelli,
Vix nata nato danti Deo corpuscula.
Pugnans inermes, & relicta parvula
Vinctum cohortes, quas ferre nesciunt.
Iam pulchriores illis & gemmulis,
Iam clariores igneis semivilla.
Beata muleant oculis sedilia.
Ferox Tyrannus, ferreique pectoris
Qui parricidas intulit vobis manus.
Ferrumque sacris polluit cerviculis.
Huc sic a vicula tollitur de nidulis,
Matrisque rapitur sic papillis himulus,
Recensque nati sic legimus flosculi.

In Monasterio S. Gerardi Ord. S. Benedicti, Na-
murcensis Diocesis, coluntur corpora Philippi &
Benjamin Innocentium ab Herode occisorum.
Quae in Monasterio Deiparae Virginis Aulas dicto,
in territorio Terracenorum Chimanenium divina
revelatione S. Gerardo facta in illud Monasterium
translatae sunt. Asservantur tibi in capia argentea.
Cognoverat vir Sanctus ob hominum in dicto Mo-
nasterio degentium malitiam & pertinaciam futu-
rum, ut locus ille funditus subverteretur. Innocen-
tes itaque Bromium (locus est Namurco tribus di-
tans horis) translatae sunt, ac in Monasterio, quod
modo S. Gerardi Monasterium passim nominatur,
iuxta dextrum cornu altaris muro sunt inclausi. Pro-
cessu vero temporis ob antiquitatem oblivioni tra-
diti fuerunt, donec miraculo subsequenti Deo pla-
cuit hos revelare. Erat Nivigilla in Monasterio San-
ctimonialis nomine Giberia, quae in occidua aetate

affiduis lachrymis quibus peccata juvenutis de-
flebat, orbitatem lunam incurrat, qua calamitate
oppressa, Dei ac SS. Innocentium opem ad visum
recuperandum implorabat. Huic nocte quadam post
orationem somno oppressa, Innocentes duos in for-
mosa infantili specie apparuerunt: ac nominibus
suis eidem mulieri patefactis, iusserunt eam Bromium
properare. Dixeruntque in muro supra dicto sacra
sua corpora latitare jam pridem oblivioni tradita;
futurum vero, ut eorum attactu primum oculorum
otus ei restitueretur. Mulier hac visione instructa
locum adit & re tota Abbati Fratrumque per or-
dinem enarrata, Abbatem impulsit ut murus praedi-
cto loco suffoderetur; quo facto, mox sacra corpora
BB. Innocentium Benjamin & Philippi reperta sunt,
eorumque attactu Mulieri videndi facultas insigni
miraculo est restituta. Postmodum processu tem-
poris Presbyter quidam Godeschaleus, aetate provec-
tus caecus effectus eorundem Innocentium meri-
tis sic visum recuperavit, ut quo plus annorum ei
accederet, eo etiam magis in illo videndi sensus ac-
cueretur, & augeteretur, usque ad extremum usque
vixit diem. Haec ex Historia manuscripta translatio-
nis.

Exempl.

Aliud.

ntis dictorum Innocentium, quæ affertur Bronij in Monasterio S. Gerardi. Vultur etiam in Oratorio Archiducum Brabantie Alberti & Isabelle artificialis collicula, Mons Calvarie dicta, in qua conspiciuntur sex infantuli jacentes super tumbas inauratas, quiescentesque in arcis, seu quadratis lateribus, argenteis & chrystallinis, quibus quidem chrystallis transparent notabiles ostium partes SS. Innocentium. Inter quas videre est & venerari brachium unius ex illis integrum, pelle adhuc manuque integra constans. Denique Condanteales Canonici possident & venerationi exponunt unum corpus dictorum Innocentium ab Herode occisorum.

IN FESTO S. SEBASTIANI.

20. Jan. Lect. 10. tripart.

Tendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam Thren. 3.

Part I. Christum & Christianum quemlibet esse signum ad sagittam. Apoc. 6.

Aperto per Agnum libro mystico & sigillis ejus in Apocalypsi, referens S. Ioannes quid sibi ostensum fuerit in apertione primi sigilli, sic ait: Ecce equus albus, & sedens in eo habebat arcum & data est ei corona, & exivit vincens ut vinceret. Hic equus dicitur designare exercitum Martyrum, in quo Christus sedet, ut ejus opera pugnet, & mundum ac demonem expugnet: ideo ei corona datur, quasi Victori. Habet quoque Arcum prædicationis, cum sagittis, quia verba sua per ora Martyrum emittit, tamquam sagittas potentes & acutas in corda inimicorum suorum, hoc est, in corda Tyrannorum & infidelium. Per sagittas rectè Martyres designari, insinuat in Psal. 126. ubi de Apostolis & Martyribus fit mentio dum dicitur: Sicut sagitta in manu potentis, ita filij excussorum. Ita enim interpretatur S. Augustinus: Excussi sunt quidam de manu Domini tamquam sagitta, & serunt longè, & totam terram impleverunt.

Psal. 126.

Symbolo dicto Ioanni demonstrato in Apocalypsi, video posse hodie depingere generosam Christi militem Sebastianum. Huic convenit Arcus, signum victoriæ, symbolumque accidentalitatis illius gloriæ, quam per sagittarum transfusionem est allecatus. Et quoque convenit Corona, signum gloriæ essentialis. Sic & rectè de eo dicitur: Exivit vincens ut vinceret. Hæc omnia specialitè patefcent, si paulo altius repetamus, quæ in themate nostro insinuantur. Posuit me quasi signum ad sagittam, tendit arcum suum, &c.

Primus sensus thematis.

Primò quidem, hæc verba videtur pronunciare Propheta Ieremias in persona sua, deplorans multiplices calamitates, quibus durante obsidione afflictus fuit à civibus. Atque etiam simul in seipso representat afflictionem cuiuslibet Iudæi lugentis communem cladem, vel Ierosolymis, vel in Babylone. Hic quidem est literalis sensus.

Secundo, Allegoricè, atque etiam principaliter, possunt eadem verba intelligi in persona Christi,

qui multipliciter positus fuit, quasi signum ad sagittam, sicut de eo S. Simeon pronunciat: Ecce positus est hic in signum, cui contradicatur. Iudæis positus censetur in signum dum tot calumnias, blasphemias, accusationes falsiloquias in eum intorquent arcu linguæ suæ virose. Item, quod dolores & cruciatu ei infligunt, tot sagittis cor ejus configunt. Hæreticis positus censetur rursus in signum, dum aliqui ejus impetunt divinitatem, ut Ebion, Cerinthus, Arius alij ejus humanitatem, denegantes corporis ejus veritatem, ut Manichæus cum suis assidit. Nonnulli denique in eum jacula dirigunt in Sacramento divinissimo existentem, ut Calvinus cum suis. De his omnibus verum est illud: Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, de malo ad malum egressi sunt, & me non cognoverunt. dicit Dominus. Malis denique Christianis adhuc positus modo videtur in signum, ad quod jacula dirigunt, quia etsi non contradicant aut blasphemant lingua, sagittant tamen Dominum improba conversatione & prava vita. Sed de his omnibus verum est: Converterunt in arcum pravorum, qui in ipsum jaculantur reveritur, eumque lædit, quia sibi metipsis nocent, non Deo. Aut certè similes sunt his, qui in lapidem jaculum dirigunt, quo resilienter vulnerantur.

Luce. 2. Jerem. 9. Psal. 77.

Tertio, ulterius præacta verba in sensu morali intelligi possunt, de quolibet Christiano, sive confidens ejus hostes, sive ipsum Deum adversa immitentem. Quantum ad hostes, non desunt tres, qui nocte dieque vigilant, ut suggestionibus, tentationibus, illecebrosis insidiis transodiunt cor hominis. De quibus rectè intellexerit illud: Intenderunt arcum veni amaram, ut sagittent in occultis immaculatum. Et rursus illud: Paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos cordis. Hi hostes sunt, Mundus, Caro, Dæmon: eorum sunt præcipua sagittæ tres, sicut & hostes tres. Concupiscentia carnis. Concupiscentia oculorum, Superbia vitæ. Attende figuram hujus rei in Absalone Hæret ipse in arbore suspensus, ob crines & cæsarium nimis prolixam. Venit Ioab, & tria cordi ejus infigit tela lethalia, non obstante, quod iussisset David servari sibi Absalonem; de cuius nece doluit amarissime, quia sciebat ei obstruendum exitum de ventre mortis, mole criminis, ut loquitur S. Bernardus. An non tibi videtur Absalon aptè typum cuiuslibet gerere peccatoris? Patri rebellis est peccator, & ab ejus facie recedit, qui tamen haud cupit eum perdere, sed salvare. Interim dum fugit à Patre & Deo suo, multis implicatur cogitationibus, quasi crinibus, quibus suspensus hæret, non potens sese extricare. Venit igitur Satan, & concupiscentiam carnis mundique cum superbia immittit in cor ejus, quasi triplex jaculum, quo eum confodit & perimit. Felix, qui contra hæc tela, quibus omnes appetere conatur Dæmon, semper gettat in pectore loticam justitiæ cum baltheo castitatis; in capite spem galeam salutis; in dextra gladium spiritus, in sinistra scutum fidei; in pedibus calceos, quibus possit currere in viam.

Tres hostes homini Christiani. Psal. 69. Psal. 101.